

habent, *homo & Deus*, quandoquidem unum sunt in personâ, nempe quæ ut quoddam intervenerit; Ideoq; tâm arctè uniuntur, ut in omnem æternitatem nulla dis-
separatio institui queat. Et, ut verbo dicam, quod sentio:
Duo disparata in rationalibus sunt duo personaliter di-
stincta. Si igitur reverâ in hisce propositionibus essent
duo disparata, duæ utiq; essent personæ: quæ de se mutuò
affirmari, salvâ veritate, nullo modo possent.

Errores.

115. Quibus ita demonstratis, manifestum est gravissi-
mè hallucinari Calvinianos. 1. Quòd concedunt qui-
dem humanam Christi naturam sustentari in personâ
 $\tau\bar{\nu}\lambda\circ y\gamma$, ne in nihilum ruat: personam autem $\tau\bar{\nu}\lambda\circ y\gamma$
communicatam esse pernegent: Cum, ut demonstravi-
mus, eo modo omnes creaturæ $\lambda\circ y\omega$ personaliter essent u-
nitæ. 2. Cum nullæ naturæ hypostaticè, nempe arctissi-
mo hoc perfectissimoq; unionis modo, sine mutuâ com-
municatione, uniri queant. 3. Quòd nescio quâm multi
sint in configendo & cumulandis tropis: ubi ta-
men per naturam nullus omnino dari
potest, ut demonstratum.

F I N I S.



Theol. ev. Dogm. 68th, 14.